



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCCLXIX. Der Römische König Heinrich bestätigt die Verträge der
Markgrafen Woldemar und Johann von Brandenburg mit dem Deutschen
Orden über Danzig, Dirschau und Schwetz, am 27. Juli 1310.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

CCCLXXIX. Der Römische König Heinrich bestätigt die Verträge der Markgrafen Woldemar und Johann von Brandenburg mit dem Deutschen Orden über Danzig, Dirschau und Schwetz, am 27. Juli 1310.

Nos Henricus, dei gratia Romanorum Rex, semper augustus, Ad uniuersorum noticiam volumus peruenire, Quod tractatus habitus inter Illustres Woldemarum et Johannem, Marchiones Brandenburgenses, dilectos principes nostros, ex vna, Et religiosos viros fratres sancte Marie Theutonicorum ex altera parte, Super munitionibus terrarum Pomeranie, videlicet danzik, derfouwe et zweth cum suis pertinentiis, ab antiquo habitis et obseruatis, juxta continentiam litterarum eorundem Marchionum, gratos habentes, nostrum eisdem tractatibus consensum beniuolum impartimur. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis Sigillo iussimus communi. Datum in Frankenfurd, VI. kalend. augusti, Anno domini millesimo trecentesimo decimo, Regni vero nostri anno secundo.

Nach einem Transsumt vom Jahre 1508 im R. Geh. Ministerial-Archive zu Berlin. Vgl. Lucas David S. VI, p. 71, bei welchem ein Abdruck dieser Urkunde befindlich, worin die Orte: Danzk, Dirsouwe und Swetz genannt sind.

CCCLXXX. Die Markgrafen von Brandenburg Woldemar und Johann gründen die Stadt Stolpe in Pommern, am 9. September 1310.

Nouerint uniuersi, quorum audiencie presentis scripti series defertur, quod nos Woldemarus et Johannes, Dei gratia Brandenburgenses, Lusatie et de Landesberg Marchiones, emendationi oppidi Stolp, ut incrementum recipiat et civitas fiat, sollicite intendere cupientes, eidem oppido CC. mansos hoc modo duximus apponendos: videlicet C. pro agris et L. pro arearum agris, quod Wordeland dicitur, nec non L. mansi pro pascuis, graminibus atque lignis perpetuo pertinebunt. Insuper profitemur, quod quam primum dictum oppidum plancis munitum exstiterit, ex tunc incole uniuersi ejusdem ad X. annos immediate continuos libertate plenaria perfruantur, ita quod medio tempore ab omni contributione danda liberi debeant esse penitus et exempti. Euolutis autem dictis annis dicti ciues nobis facient et exhibebunt, quod initio facere tenebantur*). Ipsi quoque ciues de nostra indultione jure Lubecensi et modio etiam, quo mensuratur, perfrui debebunt jugiter et gaudere. Ceterum protestamur, quod honestis viris Desbherno et Johanni ejus filio, de Surechou**) dictis, nec non Johanni de Darfoue, contulimus et conferimus per presentes prefecturam siue iudicium ejusdem oppidi, quocumque nomine censetur, ac eorum heredibus perpetuis temporibus possidendum hoc modo, quod prouentus inde cedentes dividi debeant in tres partes, quarum una pars nobis, residua iudicibus cedet, tertia pars***) civitati. Datum etiam pre-

*) tenebantur nach Schöttgen. Gersten hat tenebantur.

**) Nach Schöttgen Dethberno et Joanni ejus filio de Surekow (al: Sirkow).

***) Schöttgen hat et tertia ciuitati.